

plostra triumphi caussa, quo die quisque triumphavit⁵⁸, ducei oportebit, quaeque | (64) plostra ludorum⁵⁹, quei Romae aut urbei Romae⁶⁰ publice feient, inve pompam ludeis circiensibus ducei agei opus | (65) erit: quove⁶¹ minus earum rerum caussa eisque diebus plostra interdium in urbe ducantur agantur, e. h. l. n. r.⁶² |

(66) Quae plostra noctu in urbem inducta erunt, quo minus ea plostra inania aut stercoris ex portandei caussa | (67) post solem ortum h.⁶³ X diei bubus iumentis ve iuncta in u. R.⁶⁴ et ab u. R. p. M esse liceat, e. h. l. n. r.⁶² |

(68) Quae loca publica porticusve [p]ublicae in u. R.⁵⁴ p.ve u. R.⁶⁴ p.[∞] sunt erunt, quorum locorum quousque porticus | (69) aedilium [e]orumve mag., quei vieis loceisque publiceis u. R.⁶⁵ p.ve u. R.⁶⁴ p. ∞^{64a} purgandeiis praerunt, legibus | (70) procuratio est erit, nei quis in ieis loceis inve ieis porticibus quid in aedificatum inmolito^{ve} (*sic*) habeto, | (71) neve ea loca porticumve quam possideto, neve eorum quod saeptum clausumve habeto, quo minus eis | (72) loceis porticibusque populus utatur pateantve, nisi quibus uteique leg. pl.ve sc. s.ve c.⁶⁶ concessum permissumve e.⁶⁷ |

(73) Quibus loceis ex lege locationis, quam censor aliusve quis mag.⁶⁸ publiceis vectigalibus ultrove tributeis | (74) fruendeis tuendeis ve dixet dixerit, eis, quei ea fruenda tuendave condu[c]ta habebunt, ut utei fruei liceat | (75) [a]ut utei ea ab eis custodian^{tur}, cautum est: ei quo minus ieis loceis utantur fruantur ita, utei quoque⁶⁹ eorum | (76) [ex l]e[ge loca]tionis ieis [*sine d(olo) m(alo)*]⁷⁰ utei fruei licebit, ex h. l. n. r. |

(77) Quos lud[os] quisque Romae p.ve u. R.⁶⁴ p. ∞^{64a} faciet, quo minus ei eorum ludorum caussa scaenam pulpitem ceteraque, | (78) quae ad eos ludos opus erunt, in loco publico ponere statuere, eisque diebus, quibus eos faciet, loco publico utei | (79) liceat, e. h. l. n. r.⁶² |

(80) Quei scribae librarei magistratibus apparebunt, ei quo minus loceis publiceis, ubei is, ⁷¹quisque eorum apparebunt, | (81) iuserit, apparendi caussa utantur, e. h. l. n. r. |

(82) Quae loca serveis publiceis ab cens.⁷² habitandei utendei caussa ad tributa sunt, ei quominus eis loceis utantur, e. h. l. n. r. |

(83) Queiquomque in municipieis coloneis (*sic*) praefectureis foreis conciliabuleis c. R.⁷³ Ilvir. IIIvir.⁷⁴ erunt, aliove | (84) quo nomine mag. potestatemve suf[ra]gio eorum, quei quousque municipia⁷⁵ coloniae praefecturae | (85) foro⁷⁶ conciliabuli erunt, habebunt: nei quis eorum

58) *Scr. triumphabit.* — 59) *Inserere caussa.* — 60) *Inserere p(ropius) p(assus) M (Momms.).* — 61) *Scr. quo.* — 62) *Eius hac lege nihil rogatur.* — 63) *Horis (ad h. X praefert Momms.).* — 64) *Propiusve urbem Romam.* — 64a) *Cf. not. 36.* — 65) *Urbis Romae.* — 66) *Cf. v. 52.* — 67) *Est.* — 68) *Magistratus.* — 69) *Scr. quoique.* — 70) *Paucae litterae perierunt aere diffracto. Supplevit primus editor Mazochius.* — 71) *Inserere quoi.* — 72) *Censoribus.* — 73) *Civium Romanorum.* — 74) *Duovirei quattuorvirei.* — 75) *Scr. municipi,* 76) *fori.*